

Jus crim.  
129



*Jus crim 2989*



VNIVERSITATIS LITTERARUM LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIVS

CHRISTIANVS DANIEL ERHARDVS

I. V. DOCTOR INSTITVTI. P. P. ORD. SVPREMAE IN SAX.  
CVRIAE SVMMI IN LVSAT. INFER. IVDICII ET COLLEG.  
I. CTORVM LIPS. ASSESSOR SACRI  
PALATII COMES

VIRO NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

IOANNI GEORGIO PALMIO

HAMBVRGENSI

SVMMOS IN VTROQUE IURE HONORES

A. D. VIII. MAI. A. CIOIOCCC.

SOLEMNI RITV TRIBVENDOS

INDICIT

---

*Praemissum est Coniectaneorum ex vario iure*

*s p e c i m e n s e c u n d u m*



CHRISTIANVS DANIEL ERHARDVS

IOHANNI GEORGIO PALMIO

M. D. C. C. C. C.

SOLE M. D. C. C. C.



## CONIECTANEORVM

E X V A R I O I V R E

### SPECIMEN II.

*Privilegia, contra illicitas bonorum et personarum in alieno territorio detentiones (arresta) ab Imperatoribus et Regibus Germaniae olim concessa, ad detentiones a iudice justo modo decretas, perperam extenduntur.*

**R**erum personarumve in alieno territorio iuris alicuius servandi aut persequendi causa *detentio*, quae *arrestum commune* barbare\*) dicitur, ex moribus legibusque veteris Germaniae, pro iusta et licita habebatur. Quod vero ex hac consuetudine, sicut ex pignorationum libertate gravia nascerentur publicae et privatae salutis detrimenta, fecit effrena illa majorum in iuribus vi publica et privata persequendis licentia, quam progeniem fuisse scimus illius aevi, quo ubique vis et armorum potentia, nusquam

\*) Substitui huic vocabulo aliud latinum atque in ea re magis sequutus sum Tafingerum, qui in *jurisprud. Camerali* Sect. III. §. 521. *detineri per arrestum* res personasve dixit, quam Gailium, qui commentarium de arrestis inscrip-

sit: *de manuum iniectioibus, impedimentis, seu arrestis imperii*. Qvis enim ignorat, altero vocabulo plane aliam notionem insigniri, altero rem minus clare et apte exprimi.



fere leges et iustitia per Germaniam regnarent. Jam, quum ille sibi jus dicendi mos plura mala et incommoda procrearet, ita, vt sub specie iuris ordines imperii debiliores mille vexationibus potentiorum pessumdarentur, ciues inviti peregrinis tribunalibus iudicum iniustissimorum et in sua caussa haud raro iudicantium traderentur, praecipue vero ciuitates Imperii earumque ciues principum et aliorum maioris momenti ordinum arbitrio et violentia haud raro opprimerentur, et iuribus suis pro lubitu exuerentur: mirum non fuit, contra hanc barbaram consuetudinem, plures imperii ciuitates tutelam quaesiuisse apud Regem et Imperatorem, qui, quanto magis faueret commerciis ciuitatum, tanto ad concedenda eiusmodi privilegia et exemptiones sese praebuit paratiorem. Quae quidem omnia, extra omne dubium posita deprehendimus per plures tabulas publicas, quibus horum privilegiorum exempla exhibentur. Sic ab antiquis temporibus ciues Aquisgranenses ab onere arrestationum, (vt vulgo dicuntur), fuerunt exempti, quam libertatem ipsis confirmarunt *Carolus IV.* A. MDCCLXXIV \*) et *Carolus V.* Imperator A. MDXXI \*\*) Similis vero exemptio concessa fuit ciuitati *Leutkirch* jam anno MDCCLXII ab *Henrico VII. et a Ludovico Bavaro* A. MDCCLXXII \*\*\*)

Pace vero imperii publica sancita diu adhuc, vti constat, Germania sub onere eorundem malorum gemuit, quae per illam ipsam pacem tolli debebant atque extirpari; tum, quia pax publica non seruaretur, tum, quoniam non statim omnia, quae quotidie pacis turbandae occasionem darent, essent e medio sublata. Ita post pacem publicam promulgatam, arbitraria pignorationum et detentionum (quae arresta barbaramente vocantur) pravissima consuetudo, diu adhuc viguit, qua tanquam malo pestifero, vti ex tabulis publicis discimus, plures Imperii ordines, se suosque vexari et pacis publicae

\*) *Liinigs R. Archiv P. Spec. Cont. IV.*  
p. 60.

\*\*) *Ibid l. l. p. 68.*

\*\*\*) *Ibid. l. l. pag. 1490. 1471.* Plura eiusmodi privilegia laudat *Moser im teutschen Staatsr. IV. Th. 2. B. Cap. S. 480. n. s.*



commodis privari, graviter saepenumero fuerunt conquesti; id quod uberime patet ex privilegio civitati Goslar a *Carolo V. imp.* dato Bruxellis a. d. XVIII April MDLV. \*)

Pacis autem tuendae causa duae potissimum constitutiones Imperii saeculo decimo sexto fuerunt sancitae, altera contra pignorationes iniustas, \*\*) altera contra illicitas detentiones rerum et personarum, lata. Illa quidem in Ordinatione Camerae A. MDLVIII primum promulgata, nec sine ordinum contradictione \*\*\*) introducta, haec, de qua nos nunc quaerimus, A. MDLXX †) evulgata: deinde nova constitutione Imp. A. MDXCIII vberius explanata ††) et ita in novam Camerae Imperii constitutionem, quae vero vim legis scriptae nondum nacta est, (*Concept der Cammergerichts-Ordnung*) fuit translata. †††)

\*) *Wiewohl sie einen jeden, so sie, ihre Bürger, Zugehoerigen Unterthanen und Verwandten Spruch und Foderung nicht zu entlassen vermeinte, ordentliches Rechtes an Orten und Enden, da sich gebühret, Statt zu thun urböchtig weren, so were ihnen doch von etlichen bishero allerhand thaetliches Eingriff, Vergewaltigung und Beschadigung unverursachter Sachen zugefügt worden und müsten sich auch noch bey etlichen thaetlicher Handlung und unbilliger Gewalts besorgen, und taeglich mit ihren Leiben, Haaben und Gütern nicht in geringer Gefahr stehen, und uns darauf, dieweil vermoege aller Rechten, auch unser und des Reichs Ordnung ausgekündten Landfriedens, gebürlich Hülff und Fürschung mitgetheilt werden soll, demuthiglich angeruffen und gebethen, dass wir ihnen, deren Bürgern, Inwohnern, Zugehoerigen, Unterthanen und Verwandten, hierinn mit unser Rays. Hülff zu erscheinen, hie in unsern und des heiligen Reichs frey gestreck Sicherheit und Geleit für Gewalt zu Recht zu versehen, gnaediglich geruheten, u. s. w.*

\*\*) Plura de utraqve legimus apud Gerstla-cherum *Handbuch d. deutschen Reichsgesetze* §. 167. 10. Th. s. 2582. u. f. §. 2437. u. f. In vtramque constitutionem commentatus est Andreas Gailius in libro singulari: *de pignorationibus*, qui a. d. MDLXXVIII. primum prodiit, et in tractatu *de manuum injectionibus, impedimentis, sive arrestis imp.*: qui additus est observationum edit. vta.

\*\*\* ) Cramer Syst: proc. Imp. §. 874. not.

†) R. Absch. v. J. 1570. §. 84.

††) R. A. v. 1594. §. 82.

†††) *Concept der C. G. Ordn. Th. II. Tit. 24.* Praeter Gailium ad hanc totam constitutionem commentarios ediderunt: *Frid. Carolus de Friccius de jurisdictione immediata summorum in imp. tribunalium non fundata ad decernenda mandata S. C. de relaxandis bonis immediatorum judicialiter arrestatis ad §. 87. Rec. Imp. de 1594 Alton. 1732. Franc. Claph. Bolles Diss. sistens succinctam explicationem constitut. imp. de arrestis Giessae 1753.*



Quum enim in comitis a CIODXLVIII habitis, arbitrariae, quae arrestorum adpellatione veniebant, rerum personarumve detentiones antea \*) licitae, sine discrimine fuissent prohibitae; varia de vi et notione vocabuli: *arrestis* et de necessaria inter iusta et iniusta arresta *distinctione potissimum* A. CIODLXXXV, in comitiis Vormatiensibus fuerunt agitata, quae occasionem dederunt interpretationi authenticae A. CIODXCIV promulgatae, qua ab illa arrestorum iniustorum prohibitione disertis verbis eximuntur ea, quae non solum per vim exercentur, sed a iudicio petuntur atque ex iustis caussis a iudice decernuntur. \*\*)

Iam quaeritur, num privilegia Caesarea, ante hanc constitutionem et post eam concessa, etiam ab iis *arrestis* liberent, quae per Constitutionem Imp. CIODXCIV fuerunt probata.

In quam rem, vt paullo curatius inquireremus, iis aliqua apud senatum Hamburgensem agitata, et paucis abhinc mensibus ab Ordine nostro decisa, praebuit opportunitatem.

Debebant enim mercatores quidam, Mindae Hannoveranae degentes, qui sub nomine H et P. negotia faciebant, haud contemnendam pecuniae summam societati, quae sub nominibus S et L Hamburgi mercaturam exercet. Qui creditores, morositatis debitorum pertaesi, quum iam magistratum Mindanum eius rei caussa frustra adiissent, a praetore Hamburgensi detentionem mercium quarundam, quas H et P. Hamburgi apud privatum deposuerant, petierunt et impetrarunt. Iam debitores, quum, vt contra

\*) *Cramer syst: proc. imp. not. ad §. 913.*

\*\*) *Wir wollen aber, dass diese constitutio arrestorum allein ad illicita arresta facti quae fiunt propria auctoritate sine caussae cognitione und die ihrer rechten Eigenschaft nach walire und in Rechten verbotene arresta genennet werden, zu versthehen, und ad licita de jure permissa arresta, welche ratione contractus, conventionis, pacti, transactionis, debiti confes-*

*sati, rei judicatae, consuetudinis, privilegii, auch rechtmæssigen und gewöhnlichen Zolls halber sich zutragen möchten, nicht zu extendiren seyn R. A. v. 1594. §. 82. Conc. der C. G. Ordn. Th 2. tit. 24. §. 1. ad quae verba egregie commentatus est Carolus Frid. Gerstlacher im Handbuch der deutschen Reichsgesetze, 10 Th. 11 B. 27. cap. §. 164. ann. 421. u. f.*



arrestum, si vellent, exciperent, essent citati, in hac causa Praetorem Hamburgensem tanquam iudicem agnoscere recusarent, et, praeter alias huius recusationis causas, hanc etiam protulerunt, Maximilianum II. Imp. civitatem *Mindam eiusque* cives privilegio, A. CIODLXX concessa, ab omni personarum rerumque detentione, (statuta in eos, qui contra facturi forent, mulcta C Imperialium), liberasse; ideoque prohibitionem, a Praetore ad detentorem mercium emissam, esse revocandam. Nihilotamen secius Senatus Hamburgensis, ad quem ea res per supplicationem erat devoluta, decretam Praetoris a. d. VII. Jan. A. CIODCCLXXXVIII confirmavit; contra quam sententiam rei quum revisionem petiissent et impetrassent, res ad nostrum Collegium est delata, quod ob argumenta, a reis satis speciose prolata, moveri non potuit, ut priorem sententiam mutaret. Qua occasione quum praecipue quaestio mota esset de privilegii Caesarici Mindensibus concessi vi atque auctoritate, actorum vero *patronus* potissimum ad §. LXXXII *constitutionis* laudatae d. a. CIODCXIII provocasset, rei contra adversarios pluribus vsi sunt argumentis, quae fere eo redierunt: disertis verbis rerum suarum, tanquam civium Mindensium in alieno territorio detentionem illo privilegio esse prohibitam, neque vllum alium agendi modum, nisi ordinarium (*der ordentliche Weg Rechtens*), contra ipsos esse permissum; deinde, quum eo tempore, quo istud privilegium Mindensibus esset tributum, mos, sibi ipse ius dicendi, simul cum iure belli privati per pacem publicam iam fuisset proscriptus, supervacaneum futurum fuisse, cives Mindanos privilegio ab iniustis et iam in univrsum reprobatis detentionibus liberare; exigere igitur privilegii naturam, ut cives Mindenses ab arrestis, *etiam iustis*, propter illud plane liberarentur; denique constitutionem Imperii A. CIODXCIII evulgatam recentiore quidem esse legem, sed generalem, qua vis privilegii laudati nullo modo potuisset minui atque infringi.

At enim vero, quod ad primum argumentum attinet, ipsius privilegii tenor satis docet, ibi non minus, ac in aliis eiusmodi literis modum



causas tractandi *ordinarium* non opponi *compendiariis* et minus solemnibus agendi rationibus, sed *vi et iniustae et pacis, libertatis et tranquillitatis publicae laesionibus*, vti etiam legimus in privilegio civitati Goslar, a Carolo V. Imp. a. *MDLV* dato, vbi prohibitionibus, *dass obgemeldte Bürgermeister und Rath der Stadt Goslar und derselben Bürger, auch ihrer allen Leib, Haab, und Güter, nirgends im heil. Reich eignes Gewalts an (ohne) Recht uffgehalten, arrestiret, gepfaendt, repressaliirt, oder beschweret werden*, opponitur *praeceptum*: *sondern wer zu ihnen zu sprechen hat, dafs der, oder die, sich an den ordentlichen Rechten begnügen lassen*. Vocabulis igitur: *ordentliche Rechte*, innuitur *iustus iudicia habendi modus*, ideoque etiam ille, qui *barbare* vocari solet: *processus arresti*. Qui igitur *iusto modo* et ob *iustam causam* alterius res per *iudicem peregrinum* detinendas curat, de eo dici non potest eum sua auctoritate et sine iure agere, quum constitutione laudata hic ipse agendi modus diserte fuerit adprobatus.

Deinde secundo argumento ante omnia hoc obstat, quod falsum est, quod rei contendere haud dubitarunt, statim scilicet cum pace Imperii publica omnes leges et generales et speciales ad reprimendam privatae vindictae audaciam fuisse supervacaneas, quum historia nos doceat, quam crebris constitutionibus et imperatores et principes pacem illam conservare ac stabilire studuerint, et quum ex his, quae praemisimus, satis superque appareat, lege demum illa, quam constitutionem de arrestis nuncupant, arbitrarias detentiones fuisse prohibitas, quum antea consuetudo Germanica eandem, nisi diserte adprobasset, tamen non prohibuisset. \*)

In universum autem notatu dignum est, haud adeo rara esse exempla privilegiorum perperam sic dictorum, quibus Imperatores iura, quae iure communi nemini solent denegari, alicui tribuerent, cuius rei uber-

---

\*) Cramer syst. proc. imper. §. 913. in not.



rima documenta exhibuerunt Ludolphus \*) et Io. Iac. Moserus \*\*) qui plures litteras imperatorum, quibus tutelam contra vim iniustam promitterent, aut aliquid juri communi permissum iterum concederent, immerito privilegiorum nomine venire docuerunt. Id quod inde quoque apparet, quoniam, arrestis iniustis A. MDCCLXX iam prohibitis, tamen civitati Bremae a. d. MDCCLXXVII a Rudolpho II. imperatore literae contra arresta iniusta datae fuerunt, quas legimus apud Lunigium l. l. p. 263. neque ipse Io. Iac. Moserus \*\*\*) privilegia ab Imperatoribus concessa, de aliis, nisi de iniustis et prohibitis detentionibus intelligenda esse, censet, qui quidem in eo peccavit, quod non nisi prohibitionis in Comitibus Spirensibus evulgatae, neglecta ea, quam nos supra laudavimus, authentica per legem Imp. a MDCCLXXXIII facta interpretatione, mentionem iniiceret; recte tamen tradidit, plures civitates et ordines imperii, potissimum minores lege generali de arrestis sese non satis tutos ratos, in singularibus et iteratis Impp. prohibitionibus specialem tutelam atque singulare praesidium sibi quaerere voluisse.

Idem quoque de privilegiis ab ordinibus praeter omnem necessitatem quaesitis sentit illustris Pütterus, Vir celeberrimus, quem honoris causa nomino, qui contrarium eius, quod privilegiis Imperatorum praecipitur, aut prohibetur, non semper iuris communis esse perhibet †). Quod denique ad legem comitalem a. MDCCLXXXIII promulgatam attinet,

\*) in jure camerali.

\*\*) Staatsrecht IV. Th. 11 B. 56. cap. §. 9.

\*\*\*) Staatsr. IV. Th. 2 B. LXX. Cap.

†) Pütters Beyträge zum deutschen Staats- und Fürstenrechte 11 Th. S. 115. u. Selbst kaiserliche Privilegien sind nicht immer ein Bo-

weis, dass das Gegentheil ihres Inhalts sonst die Regel oder das wahre gemeine Recht seyn müste. Nicht selten haben sie nur zur Absicht, das, was ohnedem schon Rechtens seyn würde, nur gegen Vorurtheile fremder Rechte zu sichern, und ferner als bisheriges gemeines Recht beyzubehalten; wie insonderheit in vorigen Zeiten der Fall ungemein häufig gewesen ist.



etsi posteriori lege generali iura singulis antea concessa pro abrogatis non possint haberi, hoc tamen verum est, notione vocabuli ambigui arrestum per interpretationem authenticam magis definita, quum quae detentiones, quae hoc nomine solent venire, pro iustis et licitis haberi debeant, lege expressa fuerit determinatum, ambiguum quoque esse non posse, quam late pateant fines illorum privilegiorum, quae (vti illud, quod Mindensibus a Maximiliano II. Imp. concessum est) res alienas privata auctoritate non implorato iudice detinere prohibent.

His enim privilegiis nisi disertis verbis aliud statutum sit, ea, quae in re communi licita sunt;\*) fuisse prohibita, praesumere non licet, quum privilegia numquam, minime autem in praesudicium alterius, ad ea, quae clarissime ex istis non apparent, temere non debeant porrigi atque extendi. His praecipue caussis permoti privilegio civium Mindensium iam laudato, contra ea, quae a Praetore Hamburgensi et senatu eius civitatis in illa lite fuerunt decreta, nullam vim tribui posse censuimus, his potissimum rationibus allatis:

Obwohl in Ansehung der ersten Beschwerde Beklagte sich auf das von Kayser Maximilian II. der Stadt Minden und deren Bürgern im Jahre 1570 ertheilte Privilegium bezogen haben, vermoege dessen dieser Stadt und ihren Einwohnern die Befreyung vom Arrest ihrer Güter im ganzen Römischen Reiche ertheilet, und dafs nur der ordentliche Weg Rechtens wider sie statt finden solle, befohlen ist, übrigens Beklagte anführen, es müsse solches Privilegium, (da zu der Zeit, als

\*) Facili negotio demonstrari posset idem dici debere de iis privilegiis, quae equitibus imperii saeculo decimo septimo contra detentiones personarum et rerum fuerunt tributa, et ob eam potissimum causam, data fuisse ea privilegia, vt conatus principum

equites illos sibi subjiciendi auctoritate caesarea reprimerentur. Sed brevitatis studium necessitatem mihi injungit, remittendi lectores potissimum ad ea verba privilegii, quae leguntur apud Moserum von teutschen Reichstaenden S. 1269. 1270.



solches ertheilt worden, die Selbsthülfe mit allen Folgen des Faustrechtes durch den Landfrieden und andere allgemeine Reichsgesetze ohnehin bereits verboten gewesen sey, mithin es wider die unerlaubten und eigenmächtigen Arreste keines Privilegiums bedurft hätte, auf eine Befreyung von allen, nach gemeinen Rechten sonst verstatteten Arresten bezogen werden; und habe der Reichsabschied v. J. 1594 aber als ein wiewohl späteres, jedoch allgemeines Gesetz diesem Privilegio keinen Eintrag thun können, maassen, wenn solches eingeschränkt, oder kraftlos werden sollen, dieses nicht anders als ausdrücklich hätte geschehen können, als woraus, das Beklagte, als Mindensche Bürger und Einwohner sich auf den angelegten Arrest einzulassen und diessfalls vor dem Prätor zu Hamburg Recht zu nehmen nicht angehalten werden könnten, vielmehr, ihrem Gesuche gemäfs solcher Arrest wiederum aufgehoben werden sollen, dafür gehalten werden möchte; Dennoch aber und dieweil bey Auslegung eines jeden Privilegii die Meinung des Gesetzgebers, das dadurch die allgemeinen Landesgesetze und die auf solche gegründeten Rechte und Freyheiten der Bürger und Unterthanen so wenig als möglich, abgeändert, beeinträchtigt und gekränket werden sollen, vorauszusetzen ist, und in vorliegendem Schutzbriefe ausdrücklich enthalten, das der Rath der Stadt Minden, als er um solchen angesuchet, gegen diejenigen Arreste um Kayserlichen Schutz gebeten, die den *allgemeinen Rechten* und den Reichsconstitutionen *entgegen* wären, auch die kaiserliche Befreyung selbst nur von demjenigen Schutze, der der Stadt Minden *nach den Reichsgesetzen gebühre*, redet, und das sie wider Arrest, Kummer und Repressalien, soweit solche als *unordentliche* und *Reichsconstitutionswidrige Mittel* zu betrachten, geschützt seyn sollen, unter Bestimmung einer auferordentlichen Poen von 100 Marck löthigen Goldes zugesichert worden ist; dahero solche Urkunde nicht als eine Exemption von den gemeinen Rechten, noch als eine Befreyung von in solchen erlaubten Arresten anzusehen, (als welches, da dergleichen



Privilegien keine ausdehnende Auslegung zulassen, darinn ausdrücklich bemerkt seyn müste,) sondern vielmehr dieselbe als ein besonderer, eine erhöhte Strafe enthaltender Kayserlicher Schutz- und Schirmbrief wider die in den Reichsgesetzen ohnehin verbotenen unrechtmässigen Arreste und andere Wirkungen unerlaubter Selbsthülfe (welche des Landfriedens ungeachtet, wie die Geschichte lehret, und wie selbst die in gedachtem Kayserlichem Briefe angeführten Klagen des Raths zu Minden beweisen, damals noch häufig ausgeübt worden,) zu betrachten ist, in welchen Fällen aber der besonders von der Obrigkeit angelegte und gehörig fortgestellte Arrest wider den, wie in gegenwärtigem Falle geschehen ist, dem Arrestaten richterliches und rechtliches Gellör auf gesetzmässige Weise verstattet wird, erlaubt und als ein legales Rechtsmittel betrachtet werden solle, in obgedachtem Reichsgesetze klar enthalten,

R. A. v. J. 1594. §. 82. ss.

folglich dasjenige, was in letztgedachtem Gesetze verordnet ist, mit dem gegenwärtig in Frage befangenen Schutzbriefe gar nicht collidirt, vielmehr wie derselbe, besonders in Ansehung des damals zweifelhaft gewesenen Ausdrucks *Arrest* zu erklären, und wie weit solcher ausgedehnt werden könne, klar und deutlich an die Hand giebt, solchem nach aus gedachtem kaiserlichen Schutzbriefe ein Grund, warum Beklagte wegen des angelegten Arrests vor dem Praetor zu Hamburg Recht zu nehmen, nicht gehalten seyen, keinesweges herzuleiten ist etc.

Hujus autem quaestionis vberior explanatio et eorum, quae ad hunc locum illustrandum ex tabulis publicis, historia patria et doctorum virorum scriptis potuissent adduci, enarratio omnibus numeris absoluta, quum in succincta hac observatione et in prolusione angustis limitibus



circumscripta non possit quaeri, neque expectari, jam ad eum perueniamus, cuius caussa haec praefati sumus:

*VIRVM NOBILISSIMVM AC DOCTISSIMVM,*

*IOANNEM GEORGIVM PALMIVM,*

*HAMBVRGENSEM,*

*IPRIS BACCALAVRVM,*

qui de vita non sine laude peracta haec ad nos retulit:

Natus sum anno *MDCCCLXXVII* Hamburgi. Patrem habui Ioannem Iulium, Iuris vtriusque Doctorem, et Reverendi Capituli Hamburgensis Decanum, matrem Corneliam Paulseniam, quos parentes optimos vt ambo sospites omnique felicitatis genere diutissime florentes summum numen conservet, quam maxime in votis habeo. Puerum ii me erudiendum commiserunt in principio magistris publicis in schola Nicolaitana, deinde per plures annos privatis, Rungio inprimis, Ludolpho et Kühlbruno. Ab his praeparatus anno *MDCCXCVI* ad Gymnasium patrium accessi, vsus praeceptoribus celeberrimis, Büschio et Ebelingio, disciplinas mathematicas et historicas tradentibus. Sic ad omnem litterarum humanitatem institutus academiae Lipsiensis civis factus sum anno *MDCCXCVII* Rectore Dindorfio. Philosophiam me docuerunt Caesar et Platnerus: deinde in iure naturali Tillingium, in mathesi Prassium audivi. Institutiones, Pandecten et ius germanicum privatum Hauboldo, historiam iurisprudentiae romanae, ius canonicum et ius civile, quatenus in Germania obtinet, Stockmanno, ius feudale Ravio, ius canonicam, ius criminale, et formulam iudici-



ariam Bienero, rationem e commentariis iudicum referendi Iunghansio, doctrinam de actionibus Keesio, ius cambiale Knoetschkero, modum scriptorum iuridicorum conficiendorum Webero in acceptis refero. Nec silentio praeterire possum insignem favorem ac benevolentium Ill. Stockmanni, qui statim a vitae meae academicae primordiis et sapientissimis iurisprudentiae cognoscendae consiliis me adiuvit, et fidum ac probum studiorum meorum comitem, Car. Meusserum, mihi commendavit, in quorum quidem infucato amore verbis exprimendo vereor, ne, lingua, pietatis interpres, sensus animi deseruisse videatur. Horum enim, uti caeterorum praeceptorum meorum indefesso studio imprimis debeo, quod paucis abhinc septimanis ab Illustri ICTORUM ordine bis tentatus per colloquia, primum Bacculari ornamenta, deinde continuo post, superato, quod vocant, examine rigoroso, veniam meruerim, summum petendi vtriusque iuris honorem.

Qui quum in utroque examine iuris scientiam suam nobis ita probasset, ut exspectationi nostrae satisfaceret; iterum adiit collegium nostrum, et, ut summos in utroque iure honores ipsi tribueremus, modeste a nobis petiit. Quibus quidem precibus annuere et Candidatum Dignissimum voti compotem reddere decrevimus. Quam ob rem, habita d. VII. Maii lectione publica, qua *l. 27. Cod. de inoff. testam.* interpretabitur, die sequente dissertationem, cuius inscriptio est: *famosi libelli utrum in civitate ferendi sint?* Praeside Viro Illustri et Consultissimo D. AVGVSTO CORNELIO STOCKMANNO, Titulorum de verbb. signif. et diversis regg. iuris ant. Professore publico Ordinario, Collegii ICTORUM in Vniuersitate Lipsiensi Assessore, Collega Coniunctissimo, publice defendet, quo facto Vir Illustris et Consultissimus D. CHRISTIANVS GOTTLOB EINERT, Collegii ICTORUM Assessor et Civitatis Lipsiensis Syndicus, Collega Dilectissimus, in quem ego, Procancellarius rite constitutus, hanc potestatem contuli, summis in utroque iure honoribus omnibusque et singulis iuribus cum




hac dignitate coniunctis, spe modo, quondam in Collegio nostro ad-  
sidendi, excepta, candidatum ornabit. Quam solemnitatem vt RECTOR  
ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, DOCTORES ET PRO-  
FESSORES GRAVISSIMI, COMMILITIONES denique HVMANISSIMI, sua  
praesentia velint ornare, et ordinis mei, et meo nomine, decenter oro  
rogoque. P. P. in Vniuersitate Litt. Lips. Dominica Iubilate A. c100ccc.





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





Jus crim 129



